

PALATINO SELECTUS.

261

rit Templum à Pharygæa Urbe appellatum. Priùs præferendum putamus, præsertim si de Venere marina intelligas, cui Effigies hæc haud malè quadrare videtur. Averfa Gladiatorem nudum exhibet clypeo, galeâ & pugione, pugnantis gestu, conspicuum; Infra cujus pedes galea cernitur, in testimonium, quòd Locrensès gladiatoria fortitudine præstiterint: Ita Nonnius.

IN Phthiotidem ad Oetæ radices ascendentibus aperitur
XCVI.

HERACLEA.



Numisma hoc ut hoc loco exponerem aliud Gazæ Palatinæ fecit cum Inscriptione ΗΡΑΚΛΕΙ ΔΡΑΧΕΝΙΩΝ, quod licet genuinum non arbitrer, assabre tamen factum est, Herculemque continet, ut & propositum tam barbatum, quàm imberbem.

Post Heracleam confinia tangimus
XCVII.

LAPITHARUM.



Lapithas ad Pindum & Othryn montes habitasse, antiqui Scriptores testantur. Numisma nostrum exposuit Illust. SPANHEMIUS, cujus propterea Verba inferimus : *Egregiè, inquit, illustrat id, quod à Pri-*
Kk 3 *scis*